DISSERTATIO
INAUGURALIS CHEMICO-MEDICA
PERTRACTANS

ACIDUM HYDROCIANICUM,

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICI
DOMINI
PRAESIDIS AC DIRECTORIS,
CLARISSIMORUM AC CELEBERRIMORUM
D. D. PROFESSORUM
PRO
Doctoris Medicinae et Chirurgiae Laurea,
SUMMISQUE
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE AC LEGITIME OBTINENDIS
in celeberrima
ACADEMIA JOSEPHINA
PUBLICAE DISQUISITIONI
SUBMITTIT

Mathias Pribil,
Čechus Rimovensis.

In theses adnexas disputabitur in Aedibus Academiae Josephinae
die mensis Octobris 1838.

VINDOBONAE.
TYPIS CAROLI UEBERREUTER.

SPECTABILI AC DOCTISSIMO

DOMINO

JACOBO REGENHART,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, OBSTETRICES ET OPHTHALMIATRICES MAGISTRO, MEDICO CASTRENSI SUPERIORI, COLLEGAE, AMICO ET BENEFACTORI AESTUMATISSIMO

tenellas pagellas offert

Auctor

gratissimus.

Generalia.

§. 1.

Acidum hydrocianicum seu borussicum, etiam Prussicum, Zooticum, Zootinicum; Gallis Acide hydrocianique, acide prussique; Germanis Blausäure, Wasserstoff-Blausäure, Berliner-Blausäure, Preussische oder thierische Säure, audit.

Detectum est primo ab Schele anno 1780, ex ferro exidato hydro cianico, ast chemicas proprietates demum Gay-Lusac anno 1815, ad curatius definivit.

Acidum hydrocianicum, ad acida non pertinere alii volunt, quum nimirum omnibus salium proprietatibus sit destitutum, excepta illa cum alcalibus in sales compositos congredi, dum et asseritur sub momento congressus indolem acidam induere, abrepto nimirum ex alcali oxigenio.

§. 2.

Rationes hoc acidum obtinendi.

Pertinet hocce acidum ad acida hydrogenata, quodque ex conubio cianogenii (nitreto carbonici Blaustoff) cum hydrogenio oritur.

Continetur in nonnullis vegetabilibus uti, in foliis Pruni Laurocerassi in floribus et foliis Amygdali persicae in corticae Pruni Padi, Amygdalarum amararum et Drupaceorum omnibus in muleis, ex hisce enim per destilationem cum oleo aethereo, qua eductum obtinetur.

Obtinetur et hoc acidum sub decompositione substantiarum organicarum azoto potentium, quum nempe amoniae partes hydrogenium, azotum, cum carbone congrediantur; hac ex re facile coltiges non in corporibus vivis contineri.

Quod methodos attinet quibus obtinetur variae variaque exstant praeparatum majoris minorisque momenti exhibentis, praecipuis, adnumerantur.

A. Methodus Scheeliana.

Kali borussici venales partes 108, Hydragyri oxdati rubri 64. Coguuntur ogitando semper per ¼ horam filtretur et residuum cum Aquae bullientis partibus 128 abluitur, liquoribus ambabus, commixtis et lagenae immissis adduntur: Ferri subtilissime limati, partes 69, Acidi sulphurici (66°) partes 24, diluunturque aquae destilatae eadem copia. Mixtura agitatur, et per horulam aequae immersa tenetur, liquor decanthatur et retortae tabulatae et in arenam collocatae immittitur cujus colo tubus cum recipiente tubulato communicans, e quo tubus incurovatus lagenae aqua repletae immersus prodit. Adparatus luto abducitur et recipiente linteo humido, ignis eo usque augetur ut liquor bulliat, et liquoris in recipiente partes 192 transeant; tunc liquori huic adde:

Calcariae subcarbonicae partes 8.

Nova destilatione partes 128 eliciuntur quae in lagena charta nigra obducta servantur.

Acidum hocce parandiratione obtentum, aqua nimia quantitate mixtum, admodum mutabile exstat.

B. Methodus Gay Lussaciana.

Rp. Cyanureti hydrargyri q. v. in mitte in retortam, tubulatam, cujus collum amplo tubo vitreo marmore contuso et calcaria muriatica liquida repleto et per alium tenuiorem cum campana, nuscella refrigerante circumdata

communicante, instructum est; infunde Acidi muriatici tantam copiam ut digiti longitudine cyanureto super natet, tum pedetentim et modice cale facto productum condensatum campana ex cipe.

Acidum hac methodo paratum aqua perfecte liberum existit. Gravitas specifica = 0, 700.

C. Methodus Gea Pessinae.

Rp. Kali feruginoso-hydrocianici pulverati partes 18 in mitte in retortam vitream tubulatam craticulae ferreae, fornacem portanti inpositam, et cum lagenula minima tubulata communicantem, cujus tubus in lagenam pauxillum aquae destillatae continentem immergitur; infunde:

Acidi sulphurici concentrati partes novem cum Aquae partibus duodecim commixti.

Horis duodecim lapsis, per quod tempus glacies liquefacta restituenda est, retorta, aliquot carbonum ardentium ope lente Calefacta, ignis diminuatur simul ac materia caerulea, inrecipientem transitura prodit, quo facto apparatus refrigescat.

Acidum toli modo eductum grav. specif. = 0, 9 — vel 0, 898.

D. Methodus Vouqueliana.

Rp. Lyanureti hydrargyri partem unam Aquae destillatae partes octo solutioni Gas acido sulphurico in excessu inpregnatae infunde tantam Carbonatis plumbici copiam ut acidi hydrosulphurici excedens copia anmoveatur, continuo agitatae miscellam et quum non amplius ova putrida nedolet, neque charta plumbo acetico inpraegnata eo nigratur filtra et serva Acidum quod hac paratur ratione ab illo S c h e l l i i vix quum differat tamquam medicamen virtutis incertae ex medicinae adparatu tollendum est.

E. Methodus Pharmacopoeae Borussicae.

Rp. Kali ferruginoso - hydrocianici puri et contriti partem unam inmitte in cucurbitam vitream - altiorem et adfunde: Acidi phosphorici puri partes duas cum spiritus vini puri partibus tribus, comixti; orificio cucurbitae tela gossypina obtecto alembicus cum excipulo adaptetur, cui spiritus vini puri pars una infusa est. Juncturis bene clausis et excipulo in aquam frigidissimam immisso fiat destillatio leni calore, quamdiu fluidum transit, quin tamen residuum in retorta penitus siccetur. Liquori in excipulo collecto et refrigerato spiritus vini optimi tantum ad datur, quandum ad parandum numerum partium sex complendum requiritur. Tum lagenullis commitatur unciam dimidiam capientibus, quae bene obturatae in loco cautissime serventur.

Methodus Ittneriana, quam pharmacopoea austriaca et castrensis et civilis sibi reservaverat ab illa nec alio modo diferat nisi quod loco audi phosphorici sulphuricum purum alcohole dilutum adhibetur.

§. 3.

Proprietates chemicae, phisicae et dynamicae.

Acidum hydrocianicum est fluidum decolor, odoris amigdalas amaras redolentis, saporis ab initio refrigerentis dulcis, dein urentis tussim excitantis grav. specif. = **0, 69** ad + **14°** R. ad + **21°** R. ebullit ad — **14°** R. con gelascit, chartam caeruleam inconstanter rubre tingit.

Connubium init cum basibus salinis, salesque format; ad solutionem magnam cum **12** voluminis sui aqua non quassatum turbatur pars sub quiete secedit et in superficie olei aetherei adinstar innatat, cum alcohole sub

omni proportione unitur. Asservatur impar, intra horae unius spatium jam brunescit signo decompositionis factae, producta hujus de compositionis illis putredinis aequiparanda sunt carbo azoticus et amonia. Solutio alcoholica per annos sese exhibet efficacem. Sulfureta alcalina decomponit, saponem coagulat, ad modum difficile alcalibus et terris adhaeret, aëre inflammatur; ubi corpus ardens eidem admovetur, comburrit flamma luteo - viridi; acidum carbonicum ejus combinationem decomponit, luce alienatur, unde fit ut Pharmacopolae idem phialis nigris aut nigra charta obductis servari et tali modo exhiberi debeat, quoties a medico praescribatur.

Quod virtutes pharmaco dynamicas acidi hydrocianici attinet valdopere inter se autores discrepant ut saepe saepius contradictoria invenies quod partim a praeparationis methodo, ab vehiculo cui aditur, aut praeparatis ipsis aut ab aetate hujus remedii dependet verum esse mihi videtur.

Dosi per exigua qua condimentum praestantissim um coenesthesim reddit amoenam, augetur mentis hilaritas serenitas animi sensus exaltatur motus sanguinis fit citior, roborantur musculi rubescit facies acriores fiunt sensus, dosi quidpiam majori compescit nimiam sensilitatem et agilitatem plaidumque provocat somnum.

Sub dosi paululum majori anxietatem, charebaream vertiginem temulentiam, anaesthesiam, stuporem, somnolentiam, visum oculorum fixum ruborem conjunctivae, caliginem, tremores artuum subsultus tendinum pupillam valdopere dillatatam, strabismum deliria respirationem anhelosam rarissimam, ita ut comitantibus simptomatibus corpore sudore viscidio tecto inter summae anxietatis et ebrietatis signis aegri miserimi exspirent, sin tam magna fuerit hujus horribilis remedii quantitas ut quasi ictu tonitru ultima fovens vitam scintilla illico exstinguatur.

In animalibus adplicationem hydrocianitis in aqua aut alcohole diluti legimus fuisse exceptam: sub dosi parva horripilationibus, circulatione inaequali turbata citata, mox rursus retardata respiratione inaequali acceberata et subsequa lenta difficili, rubore membranarum narium et oris, motibus convulsivis, vertigine apoplexia et morte.

Juxta experimenta a Vietz, Orfila et Magendie, in animalibus instituta doses minimae vivacitatem sensuum externorum, hilaritatem et vigorem animi suscitant, mox autem pervertitur haecce actio, nares obducuntur muco, fit respiratio fremebunda, anhelosa oculi stupent pupilam dillatatam offerentes insensibilitas erga lucem, inquietudo anxietas temulentiam excipiens gemebundam torpore et anaesthesia insequente. Majori dosi adhibita illa refanda medicina aut in statu concentrato et si parva dosi adplicatum illud venenum horrendum fulminis ictu ad instar mortem infert illi qui virtutem hujus acidi est expertus.

Sat exemplorum exstat quibus haec virtus edocetur ut secundum P. Schubarth: tres guthae equum decem bovem, unica fellem aut avim enecare consueverit.

Et ego vidi infantem puerulum novem annorum fere decem minutis exstinctum, qui labia lagenulae hoc remedium tenenti ad moverat. Gutta hydrocianatis unica cum alcoholis guttis quatuor injecta pervenam jugularem mortem induxit subitaneam quasi ictu fulminis provocatam referente Magendie et teste Clariss. Prof. Burdach et vapores, aut guttula acidi hydrocianici, degustati mortem inferre posse.

Et celeberrimus Scharing miserrima obiit fata ita quum inter experimenta chimica fracti vitrei pars ita vulneraret manum ut gutta acidi hydrocianici universum intoxicaret organismum.

Coulon ab odore acidi hydrocianici cephalalgiam capitis gravedinem oppressionis sensum in scrobiculo cordis percepit quod et Ittner percepisse confitetur quum naro-

sim vertiginem delassationem magnam, et pecculiarem lienis intumescentiam lienis perciperet, febrilibus motibus plures per horas durantibus comitatam.

Experimentis pluries factis eo atrocior evasit virtus quum immediate sanguini imixtum sit hoc acidum minus vehemens in tubo alimentari aut textum in cellulosum quum fuisset adplicatum.

Quod scrutinium in cadavera mortuorum animalium ex hocce veneno attinet per cipitur odor peculiaris et encephalon et parenchimate pulmonum, porro et ex sanguine amigdalarum amararum illi non dissimilis. Ast multum datur nec minimum simptoma inflammationis quum alia ex parte sanguine atro et caerulescente hepar et lien turgeant arteriosus sanguis ex vasibus prospicientibus remotus, totus dissolutus in venis continetur, obscurus non coaguabilis. Encephalon in parte corticali sanguine reperiebatur repletum pulmonum parenchima maculis caeruleo rubris notatum: musculi fiunt flaccidi nulla in illis vis contractionis galvanismi potestas in illos frustranea, quae omnia teste Orfilla et Coulon intra paucas horas evenire.

Si effata accurate colliguntur perspicitur et agendi ratio acidi hydrocianici in oeconomiam animalem notandum enim.

a) Omne parenchima penetrat, sive enim textui celluloso aut directe vasis sanguiferis injiciatur, sive in tubum alimentarem ingeratur, sive pulmonibus inspiretur, sive per narres attrahatur — semper eadem oeconomiae animalis destructio, semper eodem modo vita periclitata eodem intoxicationis signa, nec alia mortuorum cadaverum conditio quam antea sumus efati.

b) Ferrit praecipue actionem et functionem nervorum hujus remedii virtus quum aut functione cerebri, impedita exspirent animales, aut influxu nervorum denegato in opus respirationis morti suffocatoriae succumbent.

Quomodo autem virtutem tam citissime exerceat, quomodo tam horribiles inde brevissimum intra tempus eventus vix concipies, nisi vitam sempiternam velocissimamque agilitatem nervorum, continuamque mutationem praeposueris, quae absoluta actio uti concipitur vita, per hocce acidum quasi fulminis icto interrumpitur et sistitur ut aliquot per momentum non est quod significat nisi aliis remediis ad pristinam energiam et agilitatem revocetur.

§. 4.

Adplicationis methodus et rationes.

Quum tantam virtutem exserat in corpus animale, medici in actionem attenti variis variisque in morbis virtutem medicatricem experti sunt aegris curam aut lenimen procurrantes et experientiam et rationalem observationem conjungentes.

1. Adhibetur in morbose exaltata sensilitate, tam nervis sistematis gangliosi quam medulae spinalis, forma spastica insignitis, ita ut antispasmodicum sit adpellatum:

   Differt actio ab illa opii, quod sistema sanguiferum non extollitur, quod fibrae contractionem ad paralisim usque imminuit quin cerebrum in passionem traheretur: itaqua in opus fibrorum tensione, in erethismo sistematis vasorum in febri et flogosibus praesentibus spasmis adhibendum ubi nec inflammatio ob spasmum nec febris ob nimiam sanguiferi sistematis sensilitatem ad terminationem perduci potest.

2. In deviationibus organorum vitae plasticae cum ubera massae organicae procreatione. Intendit nimirum processum fluificationis, massamque luxuriose productam decomponit (Pipitz).

Conducit hinc in intumescentiis, metastasibus desorganisationibus in sistemate venoso radicatis; cumque erethismo vasorum, nec non sensilitate gangliorum excedente junctis.

3. In secretionum turbis catexochen membranae mucosae uti pulmonum cum sensilitate aucta nexis vel spasmis combinatis.

Quum generalis haec agendi methodus elluvescat facile cohors morborum colligitur in quibus acidum hydrocyanicum tamquam remedium effectum exhibuit salutarem.

α) In inflammationibus cordis et arteriarum, praecipue celeritatem retardans ubi magis simptomata irritationis quam turgoris vasorum praeponderant Brera et Manzoni.

β) In peripneumonia notha et habituali praemisso tractamine antiphlogistico atque remanente dolore fixo in pectore tussi ex sensilitate continuata.

γ) In bronchitide et catarrho inflammatoria symptomata spastica componendo, sudores movendo anacatharsim inducendo respirationem facilitando: Magendie.

δ) In noteo - myelitide secundum Brera in enteritide secundum Cevesco — in dysenteria cruenta inflammatoria — spastica, in metritide eminente adfectione systematis nervosi in actione sua exaltati, junctis.

ε. In phlogosibus erethitis post vulnerum operationes, Graefe.

ζ. In spasmis et algiis variis ex plethora, statu sub inflammatorio, fibrillarum nervorumque tensione emanantibus, et quidem.

1. In tussi convulsiva, catarrho spastico, sed effectus

ex applicatione proveniens minus constans deprehenditur.

2. In cardialgia, colica, spasmis hystericis doloribus ante et post partum spasticis, tenesmo, stranguria, ileo spastico haermia incarcerata.

3. In convulsionibus diuturnis, neuralgiis articulorum, prosopalgia, odontalgia, cephalalgia nervosa doloribus rheumaticis, ischiate nervosa, doloribus ex variis adfectionibus scirrhosis emergentibus.

4. In epilepsia, catalepsi, chorea St. Viti cum effectu (uti in clinico nostro observavi) praestatissimo, praemissis nempe venaesectionibus et alio adparatu antiphlogistico.

5. In trismo et tetano traumatice atque psystico, diuturniorem per usum. Ittner.

6. In haemorrhagiis, haemoptoë, melaena metrorrhagia ex activa congestione vel spastica conditione horum organorum originem summentibus.

7. In plethora abdominali et stasibus organorum abdominalium; hypochondria, hysteria, melancholia, mania.

8. In indurationibus glandularum lymphoticarum, mesertericarum, uteri. Eximium adfert emolumentum desorganisationibus horum organorum momentosis adhucdum deficientibus. Scirrho vero efformato aut cancro enato absque effectu ut tot alia pharmaca porrigitur.

9. In morbis cordis: cardiopalmo ex sensilitate ex altata fluente vel ex vitiis organicis monante. In angina membranacea.

10. In phtisi exquisita: sed febri hectica altioris gradu praesente, excretionibus colliquativis, suppuratione profusa, delassatione et emociatione accedentibus vitae sed non morbi decursum potest abbreviare.

11. In arthritide focum in abdomine agnoscente, ex stasibus atrabiliariis, aut varicositatibus abdominalibus proveniente. Plus sperandum in arthritide deffectu productorum morbosorum et depositionum adhucdum insignito.

12. In helminthiasi praesertim contra taeniam secundum Brera.

Sed et externe adplicatum acidum hydrocianicum virtutem suam exeruit ast quia indolis est volatilissimae facilli neque organismo insinuatum toxicationis periculum minitaretur, summam cautelam adhibendam esse perse intelligitur.

1. Puxillo aquae aut alcoholi dillutum ulceribus et vulneribus summe dolentibus ope lintei fluido illo madefacti opposuit Krimer:

Idem in panaritio cum sulfate Zinci unciis sex solutiaquae, additis guttis viginti ductibus fistulosis injici curabat indeque ichoris generationem in puris productionem commutavit, dolores minuerat benignaque granulatione inducta ductus fistulosos concrescere curabat. Odontolgia ex dante carioso subito cessat, gutta hujus acidi casernae cariosae immissa.

Uwins prosopalgiam ex dente carioso sanavit, doloresque ex metrocarcinomate efflorescentes injectione infusi Belladonae cum aliquot guttis acidi hydrocianici mitigavit.

Berndt in gastro-scirrhosi clismata ex decoctis emolientibus cum acido borussico et similia colliria in ophtalmus chronicis dolentibus collaudat.

Thomson Lotiones dermatis cum acido prussico aqua dilluta in impetiginibus dolore et titilatione junctis.

Heller, Lotiones in neuralgiis praesertim in dolore faciei Fothergilii comendat, vermes ita pellit et imprimis toniam trucidatur si pars ex anno prospiciens acido hydrocianico immergitur.

Laspari et Venturius laudant injectiones in stadio inflammatoris catarrhi urrethralis et colutoria in soli votis ne ex abusu mercurii.

Koelreuter commendat inunctiones ex camphora, sapone alcohole et acido hydrocianico in obstructionibus hepatis et stasibus in systemate venae portarum ad hypochondrum dextrum.

Beer, in maculis corneae, cataracta incipiente, cancro oculorum, scirrho mamarum.

Magendie in impetiginibus cutis chronicis.

Dr. Raimann adhibet lotionem ex acido hydrocianico et spiritu vini nec non aqua destillata in herpete scrophuloso maligno, et tinea capitis pertinaci, quam medendi methodum in nosocomio P. P. Fratrum misericordiae bono cum successu observare mihi licuit.

§. 5.

Dosis, Forma, et ratio exhibendi.

Dosis qua acidum hydrocianicum adhibetur et a morbo, ab aetate constitutione temperamento dependet plerumque minima adhibetur dosi ad majorem transgrediendo guttae nimirum duae tres aut quatuor in unciis quatuor aquae destillatae excipiuntur, hujusque mixturae omni secunda hora cochlear cibarium unum capitur. Dolor capitis, fertigo temulentia, aut virium decrementum, si remedii adplicationem excipiunt ab ulteriore usu illius abstinendum esse non frustra monendum censeo. —

Forma quae per eminentiam praestat est: solutio aquosa aut vinos, quamvis non desint medici et in massa pillularum, in conubio cum aromatibus, amaris, vinosis illud acidum exhibentes uti Brera qui sequentem concinavit formulam.

Rp. Acidi Prussici *guttas trigenta*
effunde super micae panis
et cum mellis despumati
q. s. f. l. a pil. Nr. 15.
Consperg. pulv. rad. Liquir.
D. ad fontul
Sig. Quavis hora capiat pilul unam.

Sed Professor Brera percepit, pilulas deglotitionis momento, acidi quo constabant actionem irritativam exserrere, fauces nimirum offendentes oesophagum et ventriculum laedentes quasi ardorem excitantes. Quod ut evilaret aurifolium pro pulvere rad. Liquiritiae selegit, quo etiam ab luce defenduntur quo acidum hydrocianicum decomponi prohibetur.

Sub ista forma autem tam fortiter agreditur acidum illud stomachum ut segnis, chimificationem perficere sit impos, sic alio cathartico adjuvetur, quod optime evitandum si aliquod amarum pro massa pilularum componenda seligitur, aut radix Ipecacuanhae imiscetur Erdmann asserit optimum acidum illud in aqua saccharata exhiberi, qua non decomponitur.

G. A. Richter cum aqua destilata illud exhibet, omnique alii methodo praefert.

Magendie in mixturis eclegmatibus et syrupis porrigit.

Exhibeatur acidum hydrocianicum a medico praescriptum a pharmacopola in vitreo epistomio bene occluso, charta nigra obducto, ut praeceveatur omnis lucis accessus, aëris atque caloris in hoc pharmacon influxus.

Acidum praescriptum sit recens paratum nec ultra viginti quatuor horas vetostum. Nunquam manui aegrorum, quum pharmacon illud falacem lenitatem partim ab

odorem suavem ; partim ob pelluciditatem et saporem ab initio sub dulcem mentiatur, nec magnae tradantur doses.

Sub exhibitione hujus remedii in apothecis comparentur vitro perfecte guttatoria ad exactionem dispensationem, uti in Italia recentiori tempŏre jamjam introducta sunt.

§. 6.

Symptomata intoxicationis ejus et antidota.

Jam antea fuit monitum dosi minori ebrietatem temulentiam inducere acidum hydrocianicum ast dosi majori apperte horribilia intoxicationis symptomata in lucem veniunt, si non citissime concidat miser fato defunctus. Sunt memorabilia :

Anaesthesea paralitica, cophosis, torpor extremitatum, sensus lassitudinis, debilitatis, voluntaria actio musculorum denegata, tremor artuum evacuationes spontaneae alvi, urinae seminis, convulsiones praecordia tensa, ex accumulatione sanguinis in vena, portarum vertigo peculiaris euphoria vigente conscientia, cephalea maxima, dolores in capite pungentes vehementissimi, obumbratio occulorum, trismus, epistothonus, sudores viscidi. Respiratio molestissima anhelosa metus suffocationis, fauces et tubus alimentaris spasmo atrocissimo cruciantur. Increscente malo accedunt adfectiones medulae spinalis convulsionibus nimirum sensuum exstinctis sub quibus symptomatibus infamis mortis imminet sagitta.

Morte accessa omni sensilitate destituuntur nervi stimulus galvanicus frustra exercetur: Cerebrum defunctorum, obscure caeruleo sanguine perfusum scatet, hepar

et pulmones simili fluido oppleta deprehenduntur. Facies interna ventriculi et intestini duodeni, laryngis et asperae arteriae rubra sanguinis striis notata et cito putredine correpta conspicitur, partesquae internae amigdalas amaras deteguntur redolentes.

In intoxicatione ex acido hydrocianico varia variaque exstant remedia quae experientia detegerat salutaria. Si homines ex asumto illo acido debilitate magna, lypothimia corripiuntur remedia summopere volatilia nervina vitam et energiam extollentia adbibita sunt uti: aether sulphuricus, aceticus, muriaticus aut nitricus, saccharo instillatus. Hoc in casu simul vasculum infusi coffeani valde saturati summe efficax deprehensum est. Praeter haec ob naturam hujus pharmaca acidam alcalia, qua antidota indicata esse patet. Carbonates minus adportant auxilii quam Ammonia pura liquida.

Jam praeter lapso aevo Mead, Schaub, Ittner vires ammonii confirmatas viderunt, recentiori vero praeprimis Murray efficaciam eximiam ammonii contra intoxicationem hydrocianicam experimentis in animalibus institutis invenit.

Monendum est Ammonia gaustica solum hac virtute neutratisante gaudere, ammonia vero carbonica illa destitui.

Intoxicatione locum habente, ammonium causticum ad tempora et frontem inunquendum, naribus ad movendum, intusque simul cum lacte et aqua exhibendum.

Si intoxicatio vaporibus hydrocianicis fuit inducta, conveniunt vapores aquae fervidae, cui ammonia caustica instillabatur. Secundum experimenta a Schubarth, Orfila et Vibourg non chemicis suis sed dynamicis viribus venenatum acidi hydrocianici destruit actionem.

Emmert oleum Terebinthinatum, oxydulumque ferri sulphuricum.

Schubarth ingurgitationem aquae frigidissimae similisque lotiones copitis comendat.

Brodie aëris inflationem.

Rianz inspirationem gas acidi hydrochlorici.

Langrisch et Vater lac.

Høme injectionem ammonii caustici in animalibus pervenam jugularem collaudat.

Theses defendendae.

I.

Medicus et corpori et animae prospicit.

II.

Sensus visus est motus celerrimus.

III.

Chemia basis pharmacolagiae.

IV.

Neuralgiae saepe remediis psichicis sanantur.

V.

Exstirpatio bulbi ob fungum non morbum sanat universalem.

VI.

Extractio cataractae non semper reclinationi praeferenda.

VII.

Syphilis non sanatur sine mercurio.

VIII.

Mercurius solus non tollit semper syphilidem.

IX.

Medicus castrensis et militis et medici onera sustentat.

X.

Remedium anceps melius quam nullum.

XI.

Medicus forensis non est judex sed testis.

XII.

Medicina politica, flos totius medicinae sanitatis civitatum mater.

XIII.

Viget in omnibus corporibus nisus conservationis.

XIV.

Sine cognitione universi non existit cognitio corporis humani.